Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0004-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0005-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0006-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0009-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0010-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0012-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0013-7

Regulæ decem generales De CONTRACTIONIBUS tum nominum, tum verborum,

cum notis

cujusdam Philomuſi.

BRUNSVIGÆ,

Typis CHRISTOF-FRIDERICI ZILLIGERIANIS.

Anno Symbolico:

aVertIt ConDItor à nobIs MaLa.

1658

Regula I.

INter duas longas regulariter nulla ſit contractio, ut inter η & ω.

II.

PRæcedente longâ, & ſequente brevi, nulla ſit contractio, niſi quod interdum irregulariter brevis poſt longam ſoleat quaſi abſorberi.

III.

BRevi vel ancipiti præcedente, & ſequente longa, contractio fit in ipſam longam ſequentem, ut: αω, εω contrahuntur in ῶ, έοι in οῖ, έειν in εῖν, έῃ in ῇ.

IV.

ANceps contrahitur in ſemetipſam, ut duplex αα in ſimplex α, duplex ιι in ſimplex ι. Item brevis poſt ancipitem in ancipitem, ut: αε in α, ια in ι, ιε in ι, υε & υα in υ.

V.

DIphthongus divulſa contrahitur in ſemetipſam: Hoc eſt, rurſus in diphthongum, quam iſtæ vocales conjunctæ conſtituunt, ut: ἑϊ divulſum in ει, οϊ divulſum in οῖ.

VI.

GEminatum εε & εα pura, id eſt, non ſequente conſonante, contrahuntur in η: impura verò, id eſt, ſequente conſonante, contrahuntur in ει.

Verba hîc nonnullam exceptionem patiuntur, ubi duplex εε purum non in η; ſed in ει contrahitur, ut: ποίεε, ποίει.

VII.

Duplex οο, οε, εο & οα cum σ, contrahuntur in ȣ; ſed οα absq; σ contrahitur in ω.

IIX.

Ao ſemper contrahitur in ω, & ſi fue-

fuerit adſcriptum ι, tunc illud in contractione ſubſcribitur: ſi verò υ adfuerit, omninò abjicitur.

IX.

Αε, αει, & αη contrahuntur in α: jota ſi adfuerit, ſubſcribitur.

X.

Οει, οη contrahuntur in οῖ: οη extra diphthongum impropriam contrahitur in ω. Excipitur hîc infinitivus: Χρυσόειν, Χρυσῦν.

Notæ.

HAs regulas CLariſſimus VVeitzius, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, fidei ſuæ commiſſis, quod erat optimi Viri juvandæ juventutis ſtudium, communicavit.

GEnerales dicuntur: in lingvâ communi puta. Alia enim ratio eſt craſεως Atticæ.

Ad reg. 3.

OBſtare videtur αει & οει, quorum illa

illa in ᾳ, hæc verò in ῳ contrahuntur. Sed reſponſio eſt facilis. Verat enim hæc regula, niſi regula ſpecialior aliud ſvadeat. Iam verò de αει & οει infrà ſpeciales regulæ traduntur. De ſimilibus idem judicium eſto.

Ad 4.

IN ια & υα v. g. ὄφιας & ἰχθύας, τὸ α habetur breve. Eſt enim accuſativus pluralis quintæ declinationis: ας autem quintæ ſimplicium, & quæ ad normā quintæ formantur, corripitur.

Ad 5.

HVc pertinet & dativus κέραϊ, κέρᾳ, niſi quod diphthongus propria in impropriam mutatur. Id quod fortè inde fit, quia nullus dativus in αι diphthongum propriam terminatur.

Ad 6.

OBjicitur ἑρμέας contractè ἑρμῆς, ubi εα impura in ῆ: & ἑρμέας contractè ἑρμᾶς, ubi εα impura in ᾶ contrahuntur. Reſp. Quod primum attinet, ſciendum τὸ ἑρμῆς non immediatè, ſed mediante ἑρμέης, ex ἑρμέας contrahi. Πρωτότυπον enim, hoc eſt, primitivum eſt ἑρμέας: inde α mutato in η Ἰωνικῶς, fit ἑρμέης: ἑρμέης autem in ἑρμῆς contrahitur juxta regulam tertiā.

Ad ſecundum dico: Eα impura contrahi quidem in ει, niſi ultima ſit longa: jam verò ἑρμέας ultimam habet longam. ας enim primæ & ſecundæ declinationis ſimplicium longum eſt. Vnde & hoc exemplum ad regulam tertiam pertinet. Vrbano Bellunenſi ἑρμᾶς eſt ex ἑρμῆς, η in α mutato δωρικῶς. ſed nec tum regulis noſtris quicquam officit.

Hæc reſtrictio (cum σ) tantùm ad οα referenda eſt. Cæterum ſuprà laudatus Vrbanus l. 2. Inſtitutionum Ling. Græcæ pag. m. 204. *In hac dictione, inquit,* δημοσθενέοιν *primum abjicitur* ι κατὰ ἔκθλιψιν, *quæ quidem eſt ſubjunctiva vocalis diphthongi. Deinde verò ex* ε *&* ο *fit craſis iterum in* οι: *ut* δημοσθενοῖν. Sed quid opus eſt ambagibus? Contractio hìc fit ex εοι, & brevi quidem (ε) præcedente, & longâ (οι) ſequente: in longam itaque ſequentem fit contractio, vi regulæ tertiæ. Id quod pace tanti Grammatici dictum volo.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0023-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0024-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0025-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0026-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0027-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0029-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0030-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0031-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0032-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0033-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0034-3

Cb 227

VD 17

ULB Halle 3
007 378 416

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0035-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0036-4

Regulæ decem generales
De
CONTRACTIONIBUS
tum nominum, tum verborum,

cum notis

cujusdam Philomuſi.

BRUNSVIGÆ,

Typis CHRISTOF-FRIDERICI ZILLIGERIANIS.

Anno Symbolico:

aVertIt ConDItor à nobIs MaLa.

1658

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-563264-p0037-0